



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Et Brevis Declaratio Viæ Spiritvalis

Palma, Luis de la

Antverpiae, 1637

Declaratio eiusdem Meditationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50934)



*Etu gloriosa Virginis matris tuæ, totiusque curiæ cælestis, hunc esse animum meum, hoc desiderium, hoc certissimum decretum, ut ( dummodò in maiorem laudis tuæ & obsequij mei prouentum cedat ) quàm possim proximè te sequar & imiter in ferendis iniuriis & aduersis omnibus cum verâ tum spiritus tum etiam rerum paupertate; si, inquam, sanctissimæ tuæ Maiestati placeat ad tale me vitæ institutum eligere, atque recipere.*

### *Declaratio dictæ Meditationis.*

**F**Inis huius Meditationis est, propositum & decretum firmum imitationis Christi Domini nostri, illumque cum maximâ perfectione, & quàm quis potest proximè, sequendi, prout cum diuinâ gratiâ poterit, sensualitati & amori proprio bellum indicendo: ad quod Christus Dominus noster  
omnes



124 PRAXIS ET DECLARATIO  
omnes generaliter vocat. Exercitium  
hoc , præter Orationem præparato-  
riam , duo præambula habet , & duas  
partes : quarum prima est, exemplum  
& similitudo Regis temporalis subdi-  
tos suos euocantis ad bellum ; secun-  
da , applicatio istius similitudinis ad  
Christum Dominum nostrum. Et sin-  
gulæ partes habent tria Puncta.

PRIMA PARS *huius Me-  
ditationis.*

**I**N PRIMO PUNCTO nota qualitates  
Regis huius humani qui hîc propo-  
nitur. Prima est , Princeps à Deo ele-  
ctus, legitimus. Secunda , Rex vniuer-  
sali omnium Principum, Populorum,  
& omnium Christianorum. Tertio ,  
Considerare in eo debemus pruden-  
tiam, benignitatem, liberalitatem, cle-  
mentiam, iustitiam, & de omnibus suis  
subditis prouidentiam , reliquasque  
proprietas quæ Regi à Deo super tot  
subditos constituto conueniunt.

In